UBC

a place of mind

UBC
EARLY ROMANCE STUDIES
RESEARCH CLUSTER

The UBC EARLY ROMANCE STUDIES RESEARCH CLUSTER presents

RAÚL ÁLVAREZ MORENO

(French, Hispanic and Italian Studies, UBC)

"CONTEXTUALIZING THE SPANISH IMPERIAL PROJECT IN RELATION TO THE ORIENT: THE *LEGATIO BABYLONICA* (1501) BY PETER MARTYR D'ANGHIERA, AN ANNOTATED TRILINGUAL EDITION BASED ON THE 1516 VERSION OF THE TEXT"

◆ ◆ ◆ ◆ ◆ ◆ ◆ ◆ ◆ ◆

The *Legatio Babylonica*, written in Latin in 1501 by humanist Peter Martyr d'Anghiera, is a *relazione* or description of the author's diplomatic mission to Venice and Egypt that includes his personal views on Western and Islamic civilization. This presentation will provide an overview of Raúl Álvarez Moreno's recent edition and translation of the book (June 2013), focusing on the relevance of the text and on some of the main contributions of the research project.

Friday, January 24th
3:00 pm

Buchanan Tower
room 826
1873 East Mall

All are welcome.

Info: Chantal Phan
chantal.phan@ubc.ca


Incipitur Legatio Babylonica.

Sanctiſſimo Leoni decimo pontifici maximo.B.M.

QVANDOQVIDEM BEATISSIME PATER E NOSTRI orbis noui ternione partes ſibi duas tua ſanctitas vendicauit: Ioanne ruffo foroliuienſi Archiepiſcopo conſentino & Galeacio butrigario tuæ ſacræ ſedis apoſtolicæ legatis ac Ioanne curſio florentino ſuæ illuſtris rei pub. oratore ut ea colligerem tuæ Sanctitatis nomine poſcentibus: Accipias vna legationem hanc meam babylonicã paulũlum reformatã ab ea quæ inepto caracthere me inconſulto cũ prima decade impreſſa vagabatur. quo intelligat vtrũ mihi creditũ a peregre proficiſcenti dño vitale talentum in noſtra religione ſuffoderim: an exercuerim. & an ego de tui gregis ouibus vna virentia tua prata depaſtus impune fuerim. Huius legationis epiſtolares archetypos lituratos proieceram in angulum tanq̃ rem nude compactam de ipſius editione nil penitus curans: quia nihil ex his quæ domi aliquando cuderim: ſine rubore ac metu emiſi unq̃: quoniam quid ex mea officina prodire queat: aperte cognoſco. Multo enim magis occipitalem eruditorũ caſtigationem timeo: & inuidorum tela perhorreſco: q̃ amicorũ applauſibus erigar: aut vlla cõmendatione ob ſumptos labores exhilarari animũ ſentiam. Dormitabat igitur iacebatq̃ in tenebris derelicta mea hæc a gadibus ad nilum vſq̃ peragratio: quãdo hiſpaniarum & cardinalis & primas Toletanus archiep̃s noſter hic patronus Frãciſcus ximenez in præſentiarum caſtellæ regnorum moderator: carolo rege catholico abſente: vt e latebris illã educerẽ efflagitauit. Prodiit eius nomine. En illã ſecũdo chalcographorum p̃lis ſuppoſitam. uenuſtioribus tamen caractheribꝰ fucatam: magiſq̃ vere q̃ elegãter ſcripta. Quæ ſi tã ſereno vultu ſuſcipietur: q̃ noſtri agelli primiciæ ãno ſuperiore de orbe nouo ad te qui vicarius dei vices in terris geris miſſæ: cui rerũ omniũ decimæ primitiæq̃ debentur: ſuſceptæ fuerunt: obtuſum ac torpens ingeniũ meum excitabitur: & multa quæ de orbe nouo reſtant litteris mãdabit. Vale pater beatiſſime ante cuiꝰ ſacros pedes animo: ſi nequeo corpore; proſtratus opto dicoq̃ fœlicitatem.

Petrus martyr ab angleria Mediolanẽ.